



Navigations, Voyages, Traffiques, and
Discoveries
OF THE
ENGLISH NATION IN ASIA.

—♦—
CAPVT. 38.

De territorio Cathay, et moribus Tartarorum.

TOtum Imperium Imperatoris Grand Can distinctum est in 12. magnas prouincias, iuxta numerum duodecim filiorum primi Genitoris Can, quarum quaelibet in se continet circiter 6. millia ciuitatum, praeter villas non numeratas quae sunt velut absque numero. Habent et singulæ prouinciæ regem principalem, hoc est 12. reges prouinciales, et horum quisque sub se reges Insularum plurimos, alij 50. alij centum, alij plures, qui omnes et singuli subiectissime obediunt Grand Can Imperatori. Harum prouinciarum maior, et nobilior dicitur Cathay, qui consistit in Asia profunda. Tres enim sunt Asiae, scilicet quae profunda dicitur, et Asia dicta maior quae nobis est satis propinquior et tertia minor intra quam est Ephesus beati Ioannis Euangelistæ sepultura, de qua habes in præcedentibus. Auditistis statum magnatum et nobilium esse permagnificum, et gloriosum, sed sciatis longè secus esse apud communes et priuatos homines tam in ciuitatibus quam in forensibus totius Tartariae. In prouincijs autem Cathay habetur tantum de mercimonij specierum, et de operibus sericosis, quod